



*36a*

E libris  
gymnasio Mauritano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii direttore  
a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*



**PRAESEPE CHRISTI FVLGENTISSIMVM**

CARMINE BREVI

DESCRIPTVM

ET

DVABVS ORATIONIBVS LATINIS

IN HONOREM

**JESV RECENS NATI**

DIE X. IAN. CID ID CC XXXV.

IPSA HORA IX. ANTEMER.

PRÆSENTE TOTO COETV SCHOLASTICO

ET SI QVIS ALIVS MVSARVM FAVOR BENEVOLE

INTERESSE CVFIT,

IN AVDIT. SVPREMO HABENDIS

QVARVM ALTERA

Georg. Andr. Gronau, Nordhuf. exponet arctissimam cognationem generis humani cum Deo reconciliato per Filii unigeniti incarnatioem,

ALTERA

Ernestus Frieder. Schellwitz, Tennstad. verba faciet de donis natalitiis a Iesu recens nato nobis de coelo adlatis,

PRAEMISSVM

A IOH. CHRISTIAN. WEBERO, R.

P. P. NORDHVSÆ D. IX. IAN. CID ID CC XXXV.

AK





PRÆSEPE CHRISTI EVANGELISSIMUM

CARMINE TRIVI

DECESSIV

ET

DIVAS ORATIONIBUS LATINIS

IN HONORE

JESU REGENIS NATI

DIE X JAN. MD CC XXXV.

LES HOLS DE ROTTER.

PRÆSENT. TOTO COLLEGE SCHOLASTICO

ET SI QVIS ALIUS MYSTICVM FAVOR BENEVOLE

INTERESS. OPT.

IN AVDIT. SUPREMO HABENDIS

QUAVIS ALITER

Georg. Andr. Grotius, Nordhul exponit archiepiscopus ecclesie  
noni generis humani cum Deo reconciliato per Filii unigeniti  
incarnacionem.

ALTERA

Erasmus Frideric. Schellin, Theolof. vordes facit de Joannis na-  
turalis et socia, a nobis de ecclesie solida

PER

JOHN CHRISTIAN WERGER

LEIPZIG, A. M. D. C. C. XXXV.





**I**NSVLA Creta Iovis crepat incunabula magni,  
 Urbs quoque Thebarum Bacchi sibi vendicat ortus  
 Palladis illustrat venerandum nomen Athenas  
 Septem urbes contenderunt certamine longo,  
 Qua patria natus princeps Heliconis Homerus,  
 Qui Musas cantu, qui Phoebum æquavit honores;  
 Sed nugæ vanæ! Bethlemi moenia parva  
 Altius assurgunt fama super æthera notæ:  
 Hæc nam sunt gremio tenerum complexa puellum,  
 Qui Deus æternis mundum moderatur habenis;  
 Ast illi tantum ludibria vana deorum  
 Ac genus humanum peccati mole gravatum,  
 Hic vero semper sanctus, sine crimine natus,  
 Hæc latius laudis decus immortale propagant  
 Et nomen Bethles stellis fulgentibus addunt.  
 Parva domus, salve! Tecto præstantior omni,  
 Magnorum superas angusta palatia regum,  
 Quamvis sint centum Phrygiis innixa columnis  
 Nec tu Sarrani cultus ostrique superbi  
 Ulla magnifico splendore ex parte corufces:  
 Nam nova progenies coelo hæc descendit ab alto,  
 Factus homo Deus est, ut homo sit Numine plenus,  
 Et tamen in foeno recubat rigidoque cubili  
 Præsepi impositus, tenui velamine tectus.  
 Hoc duce turbatis redeunt prosperrima terris  
 Secula et incipiunt meliores currere menses  
 Exoriturque gravis nostris ex ossibus ultor:  
 Nam miseros homines animis mala mille premebant  
 Supplicii que metus mordebat corda perennis,  
 Omnes diductis terrebat faucibus orcus,  
 Sed coelum linquens is lapsu perdita reddit.  
 O Divine puer, quæ Te tam fausta tulerunt  
 Tempora, terrenis queis se coelestia miscent,  
 Divina humanis jungunt, æterna caducis!





Quis potis est ullis complecti talia verbis?  
 Non quisquam capit hæc animo miracula tanta.  
 SPLENDIDA SIC FVLGENT IESV PRAESEPIA NOSTRI,  
 Qualis ab Eo rutilat vix cardine fulgor,  
 Cum sol splendidior vitreis caput exerit undis,  
 Hinc urbs Bethleemo non est præstantior ulla  
 Atque domus panis merito exoptata vocatur,  
 Hæc quia tantum alias inter caput extulit urbes,  
 Quantum inter frutices abies in montibus altis,  
 Hospes ut huc properet longinquis tractus ab oris,  
 Dilectæ patriæ dulces oblitus amores,  
 Dona ferens auri cum myrtha et thure Sabæo,  
 Ut spectata fides cunctis patefiat in orbe  
 Et plures eadem vestigia grata sequantur.  
 Quin igitur sequimur, parvæ succedimus urbi  
 Et genibus flexis colimus, mi JESVLE, cunas,  
 Da faciles aures nostris, puer optime, votis,  
 Incendens fidei frigentia pectora flammis  
 Illaque sint ornata TIBI cunabula gemmis,  
 Rebus ut afflictis spes sit reparare salutem!

**Arie,**

Welche zwischen beyden Reden soll abgesungen werden:

I.

**S**eyl der Väter und Verlangen,  
 Ach! wie selig ist die Zeit  
 Da du kömst zu uns gegaugen,  
 Höchst durch die Geburt erfreut,  
 Wodurch du getreten in sterblichen Orden,  
 Wir aber sind Kinder des Himmels nun worden.

2.

Uns soll nimmer aus dem Herzen  
 Kommen dieses JESUS-Kind,  
 Solches Heyl nicht zu verscherzen,  
 Welches unsre Seel hier findt,  
 Wir wollen dem Heyland uns gänzlich ergeben,  
 Der mitd uns auch schencken Heyl, Segen und Leben.

Nach der andern Oration soll zum Beschluß der Choral: **DE**  
 In Christ, dem Kripplein ist ic. abgesungen werden.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!




Sb.

1077

R.40










PRAESEPE CHRISTI FVLGENTISSIMVM  
 CARMINE BREVI  
 DESCRIPTVM  
 ET  
 DVABVS ORATIONIBVS LATINIS  
 IN HONOREM  
**IESV RECENS NATI**



IAN. CID ID CC XXXV.  
 HORA IX. ANTEMER.  
 TO COETV SCHOLASTICO  
 MV SARVM FAVTOR BENEVOLE  
 TERESSE CVPIT,  
 . SVPREMO HABENDIS  
 VARVM ALTERA  
 Nordhuf. exponet arctissimam cognatio-  
 um Deo reconciliato per Filii unigeniti  
 ALTERA  
 Tennstad. verba faciet de donis na-  
 ato nobis de coelo adlatis,  
 PRAEMISSVM  
 ISTIAN. WEBERO, R.  
 D. IX. IAN. CID ID CC XXXV.

94

